### **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Meditationum evangelicarum pars secunda, hoc est: Solida, ad discendam & exercendam, ex evangeliis tam dominicalibus quam festivalibus Christi & sui-ipsius notitiam, informatio

Creide, Hartmann
Francofurti ad Moenum, 1682

In festo die Jacobi majoris apostoli

urn:nbn:de:bsz:31-126164

Infestodie Iacobi majoris Apostoli.

573

Hoc solatio confirment sepii parentes, si forte à Deo hac cruce affligantur, nec dubitent, quin hæredes ex asse liberi sui sint æternæ salutis.

Caveant modo ne destinato consilio vel ex contemtu quicquam in ardua hac re negligant, & tota reserit in vado: quin potius infantes hos suosaliquando lati recuperabunt, ut cum iisdem imperterriti coram tribunali Christi comparere & dicere possint: Ecce, ego & pueri, quos dedit mihiDominus, Esa. 8. v. 18. & in æternum cum iisdem lætabuntur.

Id quod ita his parentibus concedere dignetur, Deus ter Opt. Max. per & propter Christum, Servatorem & Dominum nostrum, Amen.

\*\*

# In festo die Jacobi majoris Apostoli.

Evangelium Matth. 20. W. 20. --- 28.
EXORDIUM.

E Rebeccarefertur, quodilla valde folicita fuerit, de filio suo Jacobo, eumque instruxerit, quomodo Esavumprævenire, eique benedictionempatris Isaac, quæ ipsi, velut primogenito conveniret, præripere deberet. Et tanto quidem servore idegit, ut cum Jacob vereretur patrem fallere, illa dixerit: Imme sit maledictio, fili mi, Gen. 27,6.13.

Exemplum est materni amoris & folicitudinis, quale quoque habemus in prælecto Evangelio, hostamen cum discrimine, quod Rebecca voluntatem Dei profundamento habeat, & recordetur adhuc, quod Deus de gemellis ejus dixerat, cum adhuc prægnans esset, nempe, majorserviet minori, Gen. 25.v.23. Eo respiciens illa, Dei intentionem promovere satagebat, ne sieret, quod Isaac intenderet, sed ut impleretur verbum Domini, de quo manifestam promissionem habebat, quod minor majori præponendus foret.

Ex adverso vero, mater filiorum Zebedas, locum superiorem solicitabat in regno Christ terreno, quod falso opinabatur, eum erecturum este, sine ejus mandato, imo contra voluntatem ejus. Subinde enim jam inculcaverat, filium hominis non venisse ministrari, sed ministrare, & dare animam suam redemtionem promultis, Matth. 20. v. 28. Unde etiam, cum populus, quem miraculose cibaverat, rapere & Regem se facere vellet, honorem eum non acceptabat: sed sugiebat iterum in montem, ipse solus, Joh. 6.v. 15.

Urinque seminea insirmitas conspiciture: quamvis enim Rebecca in co non deliquerit, quod Jacobo, præ Esavo benedictionem
paternam procuraverit: attamen modus
procedends iniquus est, potuisset enimalio
modo rem instituere, & nihilo minus scopum suum obtinere, manifesta enim lex
est: Ne mentiaris, nec decipias proximum
tuum, Exod. 10. vers. 16. Mater vero siliorum Zebedæi in hoc aberrat, quod à

Cccc 3 Chri-

San pin

ali, quinte

ei, Gal

e, que

4 Johns

entin ilis dinti:

and No.

inu, ci

er points or Christs

aqei, kc

E felen in

er plafea

L Con-

s, șt

inc, a

preces in. Et qui parespent, fidem à iquiden Christo temporalem dignitatem & gloriamconfequi geftit, qui tamen regnum mundanum non inchoare: sed in monte Sion regnare,& spiritualis rex esse debebat, sicut de eo prædictum, Pfal. 2. v.6.

Nos fine ulteriori præloquio ad ipfam Evangelii tractationem nos conferemus,

meditaturi ex codem:

I Ανθεωπολογίαν sive notitiam nostri. II. x21502 vasiar, five notitiam Christi.

## Exegefis.

Acobus idemest, acsupplantator: Juste vocatum est nomen ejus Jacob, supplantavit enim me in altera vice, ait Esau de fratre Jacobo, Gen. 27,36.

Hodic De Apostolo Jacobo sermo nobis incidit, non'de Minore, filio Alphæi, cujus memoria jam tum primo Maji in Ecclesia celebrata fuit: sed de Majore, siquidem expresse filius Zebedæi ille appellatur. Interea & ipfe quicquam de Jacobi genio habet, quod supplantationem attinet, quia enim ipse cum matre sua in falsa illa persuafione erat, Dominum post resurrectionem fuam, de qua modo prædicaverat, terrenum regnum incepturum esse, ideo inter se confentiunt, quod reliquos Apostolos antevertere velint, in tempore superiorem locum ambituri. Sed multo melius fecissent, si affectus hosce ambitiosos supplantassent,& humilitati operam dediffent, ut pluribus mox indicabitur:

Ad Notitiam nostrinobisviam monstrabit: ram, Luc. 22. vers. 44. ideo non dubi-

I. Matris ambitio. Accessit enim ad eum mater filiorum Zebedæi cum filiis suis,adorans,& petens aliquid ab eo. Sine dubio præoccupando hunc circiter in modum dixit: Mi Domine, habeo petitionem ad te, oro, ne mihi eandem deneges. Servator: Quid vis ? Respondet illa : Dic , at sedeant hi duo filii mei, unus ad dexteram tuam, & unusad finistram in regno tuo Hic audimus, quid Salome in votis habuerit? nempe præcipua officia & primatum, in regno, quod sibi imaginabatur Christi terreno, intendit & quæsivit. Marcus recenset, quod filii Zebedæi, Jacobus & Johannes immediate petitione hac Christum rogaverint, & quidem fatis pro imperio: Magister, volumus, ut quodcunque peticrimus, facias nobis, Marc. 10. v.35. Hinc colligere est, quod principio quidem matrem subornarint, putantes, quia Christusei non male cuperet, cui & cognatione juncta erat, (Josephus enim pater Christi putativus, fuit ejus frater Germanus) non eum preces ejus supplices spreturum; verum postquam vident, frustra cam supplicare, ipfi animi fui fensa exprimunt. Non enim ignorabant, quod Christo præ allisgrati & accepti essent, sicut eosdem non modo fingulari nomine Bnehargem, h.e. filii tonitrui infignaverat, Marc. 3. v. 17. fed & ad multaarcana, præ aliis difcipulis adhibuerat. Interfuerunt transfiguratiotioni Christi in monte Thabor, Matth. 17. v.t. Cum eo fuerunt in ædibus Jairi, ubi defunctam ejus filiam refufcitavit, Matth. 9. v. 19. adfuerunt ei in horto Oliveti, ubi factus est sudor ejus, ficut guttæ fanguinis, decurrentes in ter-

BADISCHE

Baden-Württemberg

inte

dis

bitto Dei

H

tum

non c rabant

VIIUS I

fempe fects

HA

Ham

voli

H

SAMO

Den fara color 2. Their

tant, quin se Christus quoque præ aliis in rego suo extollere velit, ingentifiducia dicentes: Volumus, ut quodcunque petierimus, facias nobis.

Se consiste in Sinford

TEMORE !

nega, jon

in Dr. t

問題ない

of the design

-

Christian.

Marcas re-

mbudh. «Cribm

mimpen :
conqueptos
c. 1.35. His
quite mi
quite Cis
di cognisio
apare Cis
German
factura;
ta configaparent
factu

transi-

Thibar,

102 10 ZIS

ham refal

erunto a fador esa sates as as

ma di

Hic inspicias velim te, mi (hristiane! annon & ipse hujusmodi ingenio sis, ut ambitiosis cogitationibus altiora contra verbum Dei assetaveris?

Hoc omnibus nobis naturaliter innatum est. Sicut enim Protoplasti nostri non contenti sorte sua erant, sed desiderabant creatori suo æquales esse : ita hoc virus propagarunt in posteros suos, ut semper plus ultra cogitemus, & altiora affectemus, ponimus in cœlum os nostrum, Psal.73.v.9.

Verum vitium est turpissimum, ortum ex serpentis semine, quod Satanas per lapsum cordibus nostris insevit, ut multi donis suis superbiant, existimantes se aliquid esse, cum nihil sint, Gal. 6. v. 6.3, dicentes: Ego sum, Soph. 2. v. 15.

Exempla ambitionis sunt, Absolon, 2. Sam 15.v.1. seqq. Nebucadnezar Dan. 4. v. 27. Haman, Esth. 3. v. 5. Herodes, Act. 12. vers. 21.

Hac ambitione laboravit quoque Alexander M. cumenim puer adhuc esset, patre res suasgestas prædicante, dicebat: Nihilmi reliquum faciet pater?

Quomodo Pontifex Romanus in templo Deitanquam Deus sedeat, & extollat se supra omne, quod dicitur Deus, aut quod colitur, ostendatque se, tanquam sit Deus, 2. Thess. 2.v.24. notius est, quam ut hic recenseri pluribus debeat.

In vita communi quoque inveniunsur

non pauci, qui hoc vitio perciti funt, ut femper alta sapiant, & præ aliis eminere cupiant.

Sed quare superbis homo, qui terra es & cinis, Sir. 10. v. 9.13.

Genuini Christiani hoc vitium sugere, & magishumilirati studere debent, que omnibus palmam præripit: quia Deus superbis resissit, humilibus autem dat gratiam, 1. Pet. 5,5.

Obiest ambitiosus Lucifer? Dicebat quidem in corde suo: Adscendam in cœlum, super astra Dei exaltabo solium meum, similis ero Altissimo. Verumtamen ad infernum detraheris, ad latus laci, Esa.14.

Obifastuosus Pharao, qui sine metu dicebat: Quis est Dominus, ut audiam vocemejus? Exod.5.v.2. sluctibus involutus & opertus est, & memoria ejus periit, Exod. 14.v.27.

Tobisuperbus Sennacherib, qui misso Rabface cum exercitu magno Judæis annunciare justit: Non seducat vos, Ezechias, quia non poterit eruere vos, Esa. 26. v. 15. Egressus est Angelus Domini & percussit in castris ejus centum octoginta quinque millia, & percussus à filiis, cum adoraret in templo Nesrach Deum suum Esa. 37. vers. 26. 37.

Ita verum est, quod Salomo ait: Superbiæ pedissequainteritus, Prov. 16. v. 18. Fili, igitur, in mansuetudine opera tua persice, Sir. 3, v. 19.21.

Il. Denegata peritio. Respondens enim Jesus, dixit: Nescitis, quid petatis, q. d. putassem equidem, plura vos in schola mea didicisse, quam ex petitione vestra intelligo. Regnum meum non est de hoc mundo mundo, Joh. 18. v. 36. ideoque nullis îndigeo mundanis officialibus. Quid igitur vos dicitis, de sessione ad dexteram & sinistrammeam, ut cam vobis concedam? Nescitis sane, quid petatis.

Hic examines velim te, an & ipse it a precatus fueris, ut te Deus ad dignitates in mundo evehere; & super alios extollere velit?

Equidemad honores adspirare, & à Deo honoris gradum petere, non improbandum videtur:attamen semper cum hac conditione id fieri debet, si saluti nostræ non obsit. Et tunc, si Deo commodum, non uno modo potest erigere de pulvere inopem,& de stercore exaltare pauperem, ut collocet eum cum principibus, Pfal. 113.v.7. 8. ut exempla Josephi, Gen. 41.v. 40. E-Ither, Elth. 2. v. 17. Mardochæi, Efth. 6, 10. Danielis, Dan. 6. v. ult. & aliorum probant. Non minus & adhuc facile idem præstare potest, dicendo huic velilli , amice adscende Luc.14. v. 10. nostrum tantummodo crit tempus & fortunam expectare, Eccl. 9. v.11. Quando igitur ipli non placet, æquo animo id teramus oportet, ac media prohibita non arripiamus ad hosipsos extollendos, aut per Nominativum, famam nobis comparando per flagitiosa facinora, sicutHerostratusideo templum Ephefinum incendit, in cujus exitructione universa Asia ducentos & viginta annos occupata fuerat. Aut per Genitivum, utmulti per cognitionem&atfinitatem promotione potiuntur, qui tamen indigni prorfus funt, quo medio & hi Apostoli πεωτοκαθεδείαν se consecuturos elfe sperant. Sive per Dativum , seu per donaria, ficut Jason Antiocho promittebat, argenti talenta trecenta sexaginta, & ex

reditibus aliis, talenta octoginta, si sibi summum sacerdotium concederet, 2Mac. 4.v.8. seqq. Sive per Accusativum, per virulentam accusationem & calumnias, quo modo servus Mephiboseth Ziba Domini sui bona ad se transtulit, 1. Sam. 16.v. 1. seqq. sive per Ablativum & tyrannidem, sicut Abimelech se Regem secit, occisis septuaginta fratribus suis, super unum sapidem, Jud. 9. vers. 5.

1205

min

Serva

cro bi

good

Étum e

busoft

16530

Fru

Harr

THE

ma

don

YIN

fice

amp)

4/

15-51

Hoc merito improbandum est, quia verbo Dei è diametro repugnat: Focativum expetemus, dum nos ipse Deus promoveat, quod non sit nobis volentibus, sed intempore visitationis Dei, 1, Pet. 5, v. 6.

Peccatur igitur hie femelin excessi, ab iis, qui seipsos variis machinationibus ingerunt, sicut Absolon dicebat: quis me constituat judicem superterram? 2. Sam. 15.v.4. Deindein defectuab iis, qui omnes honores, quamvis sibi oblatos, repudiant, sicut Saul apud vasa se abscondidit, cum in Regem Israelitarum eligeretur, 1. Sam. 10. vers. 22.

Quomodo Ammonius, Synefius, & Ephremus Anachoreta Episcopatum subterfugerint, ex Historia Ecclesiastica constat,

Utrimque reprehensione dignum est. Verum

-- Medio tutissimus ibis.

Ideobonum est cum silentio, salutare Dei, Thren.3.v.26. Honores in prima quidem facie videntur honores, revera autem non sunt honores, sed ministeria, ait Chrysostomus. Et recte Poeta ait:

Crede mihi, bene qui latuit, bene vixit,

Fortunam debet quisque manere su-

Hu-

In festo die Iacobi majoris Apostoli.

Humiles valles pluvia humectantur: at altos montes fulmina feriunt.

regard, the

DE LOS DELOS DE LOS DEL LOS DE LOS DELOS DE LOS DE

Zha Dan

ministra min

四位,在

Water

S promotest

dinne.

nemeja, di nombo i

che: quin

ram? a. So. is,qui one i, repaire, ide, con i

r, iSma

neim, & Enumlikerin umba.

işun et.

, files

DURANT OF

DETA AICS

ait Chrys

, benefit

'n,

The.

Quijacet in terra, non habet unde cadat.

Quod vero hominibus altum est, abominatio est ante Deum, Luc. 16,15.

III. Christianorum conditio, de qua ita Servator ait: Potestisbibere calicem, quem ego bibiturus sum, & baptizari baptismate, quo ego baptizabor? Hoc allegorice dictum est, ubi Servator duabus similitudinibus ostendit, qui dilli, qui sequuntur se, in regno suo expectare debeant.

Primum simile desuntum est à poculo ambulatorio. Quemadmodum enim qui convivium instruxit poculum hospitibus proponit, quod omnibus circultorie exhauriendum venit: Ita & Christusin Ecclesia convivium lautum apparavit in ecclesia sua , convivium pinguium, convivium vini defecati, Esa. 25, v. 6. ubiduplicem calicem propinat, omnibusque exhauriendum infundit, primo calicem benedictum, in quo nobis sanguinem suum ad bibendum exhibet, t. Cor. 10. v. 26. Deinde calicem crucis, de quo David, Psal. 79. v. 9.

Noseundem minus subscrifugere debemus, est enim:

1. Potiomansueta, ideo calix dicitur, non amphora, non vas, nec capula, aut urnarium, quod modum justum excedat: sed calix, qui cuique exproportione infunditur, ne ultra modum urgeatur, castigabo te injudicio, ut ne videaris tibi innoxius, Jer. 30. v. 11.

2. Potio ordinata, quam Christus cuique propria manu infundit & propinat. Diabolus sine voluntate Deine gry quidem nocere nobis potest: sed bona & mala, vita & mors, paupertas & divitir à Deo sunt, Sir. 15. y. 14. qui sidelis est, nec patitur nos ten-

tarisipra id, quod possumus, 1. Cor.10.v.
13. Præterea & ejusmodi potio est, quæ
nobis emolumento est. Sicut enim alias
exultatio animæ & cordis vinum moderate potatum, Sir.31. v.36. Ita & salutisera
hæc crucis potio, nilnissi lætitiam gignit apud pios Christianos, ut omne gaudium
existiment, siin tentationes varias inciderint, Jac. 1.v.2. & cum Paulo dicere possint:
Scio, quia hoc mihi proveniet ad salutem,
per vestram orationem, Phil. 1.v.19.

3. Potio confectato, equidem abipfo Christo in passione sua, unde ille hie quarit: Potestis bibere calicem, quem ego bibiturus sum? & indicat, quodin hoe mundo multa tribulationes & arumna ipsis sint sustinenda. Verum se illis exemplo suo praiturum, & crucis calicem confectaturum, quo majori siducia se sequi possint. Scite Augustinus: Amarum poculum prius bibit medicus, ne bibere timeret agrotus. Nullum venenum est in illo amplius: Servator majoriex parte epotavit illud, & quod reliquum est, ita sanctificavit, ut Deum diligentibus in bonum cooperetur, Rom. 8.v. 28.1. Cor. 41.v. 32.

Sic, dile cti! crucis calicem oculis fidei intueri & contemplare debemus. Ambulat ille secundum seriem, nemo se hic excipere unquam poterit. Bibit pater Abraham, biberunt omnes Propheta, biberunt omnes Apostoli: Nos igitur eundem minus subterfugere debemus. Sed quilibet cum Elia dicat: Non melior sum, quam patres mei, 1. Reg. 19. v. 4. Qui exceptus est à passione stagellorum, exceptus à numero siliorum, ait Chrysostomus, h. e. ut Paulus idem explicat: Si extra disciplinam estis, spurii & non silii estis, Heb. 12, 8.

Dddd Alto

Infesto die Iacobi majoris Apostoli.

\$78

Alterum simile desumtum est à Baptismate lavatorio: potestis, quarit ille, baptizari baptismate, quo ego baptizabor? eoqueiterum passionem & mortem suam respicit, quam expresse baptismum vocat, inquiens: Baptismo habeo baptizari, & quomodo coarctor, usque dum persiciatur, Luc. 12.

Inscriptura non infrequens est, quod per aquas & fluctus omnis generis assistiones & persecutiones indigioantur. Vide Psal. 18 v.

17. Pfal. 69. v. 2.3. Pfal. 93. v. 4.

His Servator passionis tempore immerfusest, ideo conqueritur de torrentibus Belial, qui ipsum conturbaverint, Psal. 18v.5. Et discipulissuis similiter de baptilmo crucisprædicat, quem suo exemplo subire teneantur, juxta communem illam regulam: Si quis vult post me venire, abneget seipsum & tollat crucem suam, & sequatur me, Matth. 16. v. 24.

Id omni tempore parati expectemus oportet. Quemadmodumenim Ifraelitæ, quamprimum de aqua petræ biberant eum Amalec pugnare cogebantur, qui ipfis viam ad palæstinam intercludere intendebat, Exod. 17.v.8. Ita& nobis, quando aqua petræ salutis, qui Christus est, 1. Cor. 10. v.4. consperfi sumus, infernalis ille Amalec pugnam indicit, cum quo pertotam diem h.e. omnem vitam nostram pugnare cogimur, Job. 7. v.i. Christus enim Rex cruciselt, qui per passionem & mortem intravitin gloriam fuam, Luc. 24.v. 26. In baptismo vexillo ejus sanguineo quasi faeramentum dicimus,ideo non inique ferre debemus, quando cum co eandem fortunam subire cogimur. Baptismus aqua in verbo, & baptismus crucis individua funt,

& qui Christianus esse vult, eum stigmatum crucis non pudere debet, Gal, 6. v. 17. alias ipso dignus non est, Matth. 10. v. 38. COUNTY.

thin

hitm

amb

000

(00)

den

man

quant

Sed & hoc folatium non manet, quod ficut fluctus maris à Deo derivantur, qui mare conturbat, ut intumescant fluctus e-jus, Esa. 51. v. 15. ita sine voluntate ejus nihil adversi nobis obtingere valeat. Non enim malum est in civitate, quod non faciat Dominus, Amos. 3. v. 6. ideo comoderatius quoque idserre possumus, cum Davide dicentes: Elevarunt slumina Domine, &c. Pfal. 93. v. 4. 5. 6.

### De Secundo.

D'Ergemus nunc ad alteram partem, 2015 27 usia: , five notitiam Christis, contemplaturi. Qui commendatur nobis:

I. Tanquam mansuerissimus increpator. Hic duos hos discipulos non modo enormiter errare audimus, dum Christum terrenum regnum inchoaturum putant, in eoqueterrenis officialibus indigere: sed tanta ambitione quoque incenti sunt, ut primum dignitatis gradum præ omnibus aliis affectent: Ratione hujus errati uon levem correctionem meriti suissent: attamen Servator cum mansuetudine eosdem corrigit, inquiens: Nescitis, quid petatis,

Nobis hoc solatio esse debet, ne desperemus, si & ipsi forte ex insirmitate humana in delicio aliquo praoccupati suerimus, Galat. 6. v.I. siquidem nullo momento extra discrimensumus, quia & septies justus in die ma Dei esset non rapinam arbitratus est, 2cadit, Prov. 24.v. 16. quale Deo esse sed seinsum evinanivit man

世,世長

se debe, Co

四点从

THE , THE

CONTRACT OF THE PARTY OF

fazilde.

DESCRIPTION OF THE PARTY NAMED IN

TELEZ NO

distinst

2000 0000

面,面

Saniu Do-

an form

may Drin

endatur 19

10744

000 500

or Christo

monsia

per fil

int, t

I GEORGE

ente uz ment: L

aline cor

cins, qui

ne defior-

numatica

mr, Galand

राता है

Jesus noster, qui respectu imbec llitatis discipulorum patientia usus est, non statim abjiciet nos, si forte ex infirmitate deliquerimus, quoniamipse novitsigmentum nostrum, Psal. 103. v. 14. ideoque calamum quassaum non conteret, & linum sumigans non extinguet, Esa. 42. v. 3. sed ex gratia peccata teget, nec ad damnationem imputabit, Psal. 42. v. 2. Hinc Micha admirabundus clamat: Quis Deus similis tui. &c. Mich. 7. v. 8.

Nos vestigiis ejus insistences, infirmosin fide assumere debemus, Rom. 14.v.: ita, ut cos instauremus spiritu lenitatis, Gal. 6.v.1. lacob. 5.v. 19. 20.

Gideon Midianitos invasurus dixit ad milites suos: Quod me facere videritis, hoe facite, Jud. 7cv. 17.

Ita cœleftis Gideon nobis quast ante oculos versatur, & quembbet, qui sub vexillo suo militat, hac quasivoce inclamat: Quod me facite videritis, hoc facite, id alibi sic effert: Discite à me, quia manssuetus sum & humilis corde, Matth. 14.v.29. hac suprema nobis lex esto: Quienim dicit, se inipso mancre debet, sicutille ambulavit, & ipse ambularo, 1. Joh. 2. v 6.

Ipse snitmitis, qui cum malediceretur, non maledicebat: cum pateretur, non comminabatur, tradebat autem judicanti juste. 1. Petra.v. 23. Idem & nobisfaciondum est, nulli malum malo reddentes, ne vincamur à malo, sed vincamus in bono malum, Rom. 12. v. 17. ult. Beati ur tes, quoniam ipsi possidebunt terram, Matth. 5.v. 5.

Ipsefuit humiliscorde, & quamvis in for-

ma Dei esset non rapinam arbitratus est, æquale Deo esse, sed seipsum exinanivit, usq; ad mortem, mortem autemerucis, Phil. 2, 7. Id & nos imitemur oportet: quia Deus superbis resistit, humilibus autem dat gratiam, 1. Petr. 5. v. 5. Hoc coram Deo & hominibus probabitur, Sir. 25. v. 1. impletur enim lex Christi, Gal. 6. v. 2.

H. Tanquam fidelissimus informator. Discipuli opinabantur, Christum sead ter. renas dignitates evecturum effe , & alterum ad dexteram, alterum ad finistram suam constituturum. VerumServatorejusmodi regnum plane ignorat. Etli enim Rex Regumest, Apoc. 19. v. 16. portans omnia verbo virtutis fux, Heb. 1. v. 3. & ejustnedi potekate pollet, ut omnia quæcunque velit facere possit, in cœlo & in terra, in mari, & in omnibus abyflis, Pfal. 135. v.6. attamen hoc regnum per discipulos fuos administrari nolebat: sed alios ad hoc destinarat, unde expresse air : Reges gentium dominantur corum : & qui potestatem habent super cos, benefici vocantur. Vos autem non lic, Luc. 22. v. 25.

Regnum vero, quod per ipsos propagatum ibat, spirituale est, non esca & potus, sedjustitia & pax, & gaudium in Spiritu Sancto, Rom. 14. v. 18. ideo subinde in N T. regnum colorum dicitur, Matth. 20. vers.

Hoc, regnum adhuc hodie in Ecclesia administrat per ministros & legatos suos, velut caput ecclesia sua, Ephes. 1. vers. 22. non externa vi, sed per verbum & facramenta, hac virga directionis sunt, Psaku. 45. vers. 7. Beatus, qui perhauc Dddd 2 se

seregisinit, & huic Domino servit, in justitia & sanctitate coram ipso, Luc. 1. v.75. fructur enim ille privilegiis & immunitatibus illis, quæ Christus omnibus regni sui consortibus acquisivit, ut sunt, justitia, quæ coram Deo consistit, Rom. 10. v. 3. ut & spiritualis pax conscientiæ, Joh. 14. v. 27. & vita æterna quam Deus repromisit diligentibus se, Jac. 2. v. 5.

Igituraliquando cum Christo in regnum gloriæ introire cupientes, & cum eo regnare mille annos, Apocalyps. 20.v.5. ante vera ecclesiæ militantis membra esse, calicem crucis bibere, nec non baptismum crucis suscipere tenemur, Fidelis sermo: nam si commortui fuerimus, &

convivemus, 2. Tim. 2, 11.

Quodlibet regnum leges & statuta fua habet, quæsubditi sequi tenentur : Ita & hic Rex in regno spirituali, nobistanquam fubditis suis peculiares leges & statuta, præscripsit, quæ observare tenemur. Quicunque enim hancregulam fecutifuerint, pax fuper illos&misericordia, Gal.6.v.15. quod enim hic per fidem habeat, ibi per fpeciem videbunt,2. Corinth, s.veri.7. Quando Christus spirituale hoc regnum tradet Deo & patri,1. Cor.15.v.24. & aliud regnum ordietur, in qua fides & prophetia ceffabunt, caritas autem permanebit, 1. Cor.13. v.13. tum nullis concionibus & facramentisamplius indigebimus, sed à Domino do-Ctierimus, Efa.54.v. 13. cognoscentes eum à minimo, usque ad maximum, Jerem. 31. yerf.34.

III. Tanquam decreti paterni observator. Eo spectat responsum, quod his supplicantibus dat: Calicem quidem meum bibetis, & baptismate, quo ego baptizor, baptizabi-

mini: federe autem ad dextram meam & finistram, non est meum dare vobis: fed quibus paratum est à patre meo.

Hoc non itaintelligendum est, ut Arriani id explicarunt, quafi Christus non omnia dare possit, quæabipso petimus : Est enim Dominus super omnia, Act.10.v.36. Sed ut illi perebant, sic & Christus illis respondet, & innuit hocipfo, non fe à patre mislum efse,ad terrenas dignitates iis distribuendas,. quosnon ad dominandum fed omnibus ferviendum deftinarat. Sunt etenim divertis status in hocmundo, qui confundi non debent: sed unumquemque sicut vocavit Deus,ita & ambulet, 1. Cor.7.v.17. Quicunque igitur altiorem dignitatis gradum affectat, quam Deus ipsi dedit, non eum honorem intendit, quem Deus ipfi paravit, ideo cogitet modo, quod id minus servatori placeat, iple enim ad paternum unum funt, Job. 10.

Ideo nullum hine argumentum formari potest, quo omnipotentia, aut divinitas Christi infringi possit: Non enim potestatem negat, sed dispensarionem ostendit, ut Cyrillus ait: Reges enim gentium dominantur, vos autem non sic, Luc. 22. v. 25. 26.

Alias & spiritualiter non aliter intelligendum est, quam quod illi soli hæredes salutisesse, & cum Christo in throno ejus sedere debeant, sicut & illevincens, sedit cum patre suo in throno ejus, Apoc. 3. v. 21. quos Deus abæterno adid prædestinavit: sed non absolute sine respectu sidei & incredulitatis: verum in Christo, qui unus homo est in gratia, Rom. 5. v. 15. qui nos gratissicavit, Eph. 1. v. 6. Hi veroilli In festo die D. Bartholomæi Apostoli.

funt, qui salutem suam non quarunt in o-Christi persidem innituntur, quod præstitit pro peccatis totius mundi, 2. Joh. 2. v. 2. & hoc iplo confummavit in sempiternum cos, qui sanctificantur, Hebr. 10, v. 14.

THE REAL PROPERTY.

व देवार शर्मा

時,以上

2000 CO21

ns:Ha

Maria la

rafa rebuie are militare

mein ered ind made

Qieno

un konc

attori piace

MENTO

wirds

iner inti-

icens, f

ejus , de ternosite fine refe-tin Chris

四月刊

Hiveroil

ETC DCO.

Si hoc ita feceritis nunquam confun-

demini, omnia enim possibilia sunt creperibus : fed unice propitiatorio facrificio denti, Marc. 9. v. 23. Die novissimo audietis ex ore ejus svavissimum illud Venite benedicti patris mei. Largiatur id nobis Deus omnibus, Amen.

## In festo die D. Bartholomæi Apostoli.

Evangelium Luc. 22, V. 24 .... 30 ..

#### EXORDIUM.

Oftquam Juda cum núru fua Thamarillicité concubuiflet, instante partu apparuerunt gemini in utero ejus. Atque in ipfa effusione infantium unus protulit manum, in qua obltetrix ligavit coccinum, dicens: Ilte egredietur prior. Illo verò retrahente manum, egreffus elt alter, dixitq; mulier; quare rupiltipropter te rupturam? & ob hanc caufam vocavit nomen ejus Pharah, i.e. divifio, diruptor. Alterum verò appellavit Zarah, i. e. oriens, quia prius se oftenderat, Gen. 38. v. 13. 28.

Hac mystice explicabimus.

Nos omnes Dilecti! ejusmodi meretricem in finu nostro habemus, quæ elt carnalis concupifcentia, militans adversus animam, 1. Petr. 2: v.11. hac, quando à Diabolo vitiatur, non modo gemellos, fed multosfilios & filias in lucem edit. Sicut in Vitis Patrum refertur; quod Diabolus ali-4 quando constituerit uxorem ducere : & postquam ei sponsa obtigerit, nomine: / Impietas, se cum illa matrimonium inisf- patere invidiæ proximi, Eccl. 4. v. 4.

se, & septem filias genuisse, quas deinde. per mundum distribuerit, hominibusque

Primamappellatam effe Arrogantiam, quam Nobilitati & cæteris Magnatibus nuptum dederit : illi enim plerumque abutuntur potentia lua, dicentes: Ego fum, & extra me non est alius amplius, Sophon.

Alteram vocatam Avaritiam, negotiatoribus & mercatoribus eam despondisse, qui propter pecunias delinquunt, & oculos fuos avertunt, Sir. 27. v.I.

Tertiam, Falsitatem dictam, junxisse Rufticis: licet enim hoc vitium aliis quoque familiare lit : attamen rufticorum proprium in quarto modo est, qui ab ipsis non decipitur, est quod gratuletur sibi, domus corum plenæ dolo, Jer. 5. v. 27.

Quartam, Invidiam nominatam, adjunxisse Mechanicis, inter quos maximè frequens est: Contemplatus fum omnes labores & industrias operum, animadverti

Dddd 3;

Quin-